



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Poesis Sacra Sive Vitae, Mortis, Et Resurrectionis
Salvatoris Nostri Jesu Christi Historia**

**Hermannii, Joachim Heinrich von
Hildesii, 1743**

VD18 10904743

9nò. Resuscitatio filii viduæ propè Naim: & conversio B. Mariæ
Magdalenæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68828](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68828)

POESEOS SACRAE ET PARTIS SECUNDAFFIC
INDUCTIO NONA.

S. LUCAS CAP. 7.

Deinceps ibat in civitatem, quæ vocatur Naim, & ibi Ordin cum eo Discipuli ejus, & turba copiosa. Cum autem cu appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba civitatis multa cum illa. Quam cùm vidisset Dominus, misericordiâ motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit & tetigit loculum; hi autem, qui portabant, steterunt & ait; Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit, qui ene mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ &c. Acce

SYNOPSIS.

Dominus & Salvator noster Jesus Christus prope Naim via Mortuorum invitatus à Maria Magdalena pénitente, sub largo lanum imbre, balsamo inungitur, & deinde à quodam mortore super acquisitione æterna vita callidè consulitur. Exfil Mira Ocyd Ex l. Atto Laud Et c. Digr Hoc Princ Ardo Sed Virt Se si Inte Vir Hunc No Qui

Urbs erat in patriis Galilææ finib⁹ olim, (cerb⁹) Nomine dicta Naim, quam fœmina, cuius sustulerat nuper gravis inclemens mortis Consortem thalami, lugens habitabat; amato Ex hoc defuncto suscepserat illa probatæ Indolis unigenam, fulcrum columenque senectæ Quem pia materno complectebatur amore. Hic cadit in morbum, cuius vehementia matrem dilectum rapuit, iuctuque replevit amaro. Ut sua miraclis confirmet dogmata Christus, Ultrò Naim direxit iter; sub mœnibus urbium Fertur in occursum deducti funeris, usque ad viduam digno consolatore carentem. Illa trahit gemitus inconsolabilis, astra suspicit, & jugi deplorat funera fletu. Hoc Salvatoris præcordia mota dolore Auxiliatricem flagrant afferre medelam

Affidit

UND afflictæ matri. Jubet , ut processio cursum
 istat , & ex humeris portatorumque lacertis,
 unus in aprico positum vespillo revelet,
 & ibi ordine disjuncto comitatus solvitur ; omnes
 in autem cumulum coëunt, circumstantesq; sepulchrum
 ferebantur. Exspectant avidi , quæ sit novus ille Propheta
 a civitate misericordia. Hoc coram celebri concursu signa daturus.
 Vix adolescentem resupino corpore , clausis
 steterunt Luminibus , tristi pallore sitique jacentem
 qui eneas Vespollo turbis detexerat , ecce Redemptor
 &c. Accedit proprius , defunctum voce sonorâ
 Suaviter alloquitur , mandatque resurgere: paret
 im visus Mortuus aëtutum; siquidem spiramina , visus,
 ad mortem Et sensus reliqui cursu pernice redibant:
 rgo lamen Exsiliens loculo , se tantis undique cinctum
 amato Miratur turbis : factio clamore , propinquai
 (cerbi) cuiusvis Ocyus accurvunt ; benefactoremque , reversa
 is amato Ex luctu pelago , cum nato mater adorat.
 a matre naro. Attonito tremuit circumstans turba pavore,
 stus, turbis sque Inter mundatos Christi virtute leprosos
 Vir præclarus erat ; Jurisprudentia summis
 Hunc Pharisæorum cathedris adscriperat: ejus
 Nomen erat Simon , dictus de tave leprosus.
 Qui Christum , quoties occasio præstitit ansam,

Luc.9.

H 4

Comi-

Comiter exceptum sincero corde fovebat. Igni

Cumque die quâdam Cœlestia pabula multis Cum

Millibus externis sacro sermone dedisset, Nam

Luc. 7. A Simone pio fuit invitatus ad escas:

Sub finem mensæ , mulier compuncta sever Verbi

Hortatu Domini , fluidis ingressa capillis Intrat

Accumbit Christi pedibus ; lacrymisque rigat Omnes

Crinibus abstergit ; tercis opobalsama multo Filius

Affundit gemitu. Simon carpendo sinistre, Deficit

Quod peccatrici permitteret ungere plantas, Nobis

Incepit dubitare super virtutibus uncti. Magis

Christus , ut occulti scrutator pectoris , inquit Septem

Pauca tibi , Simon , habeo proponere : binorum Nec

Contraxisse ferunt difformia debita cives; Qui

Unus enim parvum , magnum contraxerat alterum Tercium

Creditor ambobus dimittit debita : Simon , Et

Quid censes , à quo magis hic mereatur amans Ad

Respondet Simon : Ab eo , cui plura remisit, Hæc

Opportuna refers ; respondet Christus eidem Lar

Me suscepisti ; sed non fuit ullus in æde, Ipse

Qui præberet aquam pedibus , plantásque lavare Esu

Hæc verò mulier , Simon , quam conspicis , ecce Divi

Ultrò meos calido lacrymarum fonte rigavit, Muri

Abstergitque pedes propriis gemebunda capillæ Post

Tu me suscepsto nec labris ulla dedisti Cal

Oscula ; sed pedibus mulier dedit ista rigatis Ex

Basis mille meis , sinceri signa doloris: Aetate

Me non unxisti nardo , nec aromate lassum Quia

Afflictumque caput recreâsti : fœmina verò, Hæc

Quam temerè culpas redolentia balsama magnificat Divi

Affudit pedibus pretii. Quæ singula caufant, Pro

Ut quæcumque , licet sint multa , piacula fletur Con

Huic peccatrici , tanti commotus amoris Aetate

Igr.

at, Ignibus, extinguam: mox versus dixit ad illam:
 multis Cuncta remittuntur tibi crima, salva recede;
 et, Nam tua viva fides salvam te fecit. At ecce!
 Quos dubius Simon simul invitaverat, ægrè
 sever Verba, remittentis Domini peccata, ferentes
 illis Intra se dicunt: Solus delicta remittit (porem,
 e rigat Omnipotens; quid verba crepant? Removete stu-
 multo Filius Excelsi loquitur, quem nulla facultas
 rè, Deficit, & cunctas potis est extinguere noxas.
 intas, Nobilis à patriâ, cui nomen Magdalon, arce
 inqui Magdalis hæc mulier cognomine dicta (Redemptor
 Septenos ab eâ Stygios proscripterat angues)
 bino Nec non magnifici conjux gratissima Chusæ,
 es; Qui Procurator grandisque Minister in Aula
 at alter Tetrarchæ fuit Herodis, Susannaque dives,
 n, Et plures aliæ, quas per sua dogmata Christus
 amar Ad vitæ frugem, Fideique reduxit Ovile,
 nisit. Hæ post ex propriis opibus stipendia Christo
 eider Larga ministrabant. Quærit Rex ditior Orbis
 le, Ipse stipem, nos ut doceat tolerare laborem,
 lavare Esuriémque pati. Jesu pauperrime! noli
 is, ec Divitiis cumulare tuos; nisi junxeris ultrò
 avit, Munifici cordis, seu compatientis amorem.
 capilli Post hæc tentator quidam Legumque peritus Matt.
 gatis Calliditate vafrâ simulans, quasi nesciat, urget ^{22.} Marc.
 Ex Domino novisse modum, quo præmia vitæ ^{12.} Luc.
 Igitur Äternæ possit lucrari; Christus eidem, 10.
 Quid Scriptura docet? comi bonitate reponit:
 Hæc, tentator ait, super omnia mandat amare
 Divinum Numen; quo facto, postulat omnes
 Proximitate mihi conjuctos pectore toto
 Complecti. Reætè dixisti, hæc ritè sequendo
 Äternæ poteris lucrari præmia vitæ,

Respondet Dominus: tentator callidus instat,
 Iustificare volens, se talia jure rogâsse;
 Cùm nimis obscurum, nec in ullâ lege repertum.
Hac
Supp
 Quis meus in tantis videatur proximus esse. Hac
 Lex Domini per amare docet quos cunque propinque
 Non illos solum, quos nobis sanguine junxit (quos His si
 Fortuito natura gradu; meus esse propinquus Quos
 Censetur, quicunque meo, quicunque meorum Prom
 Indiget auxilio; respondens subdit Iesus:
Hoc:
Istius
 Vir Solymæus adit Ierichunta; sed inter opacos
Intul
 Sylvarum lucos trucium stabulata latronum
 Turba, virum nullo munitum robore furtim
 Agreditur, miserum spoliat, multisq; cruentum
 Vulneribus mediâ luctantem in morte relinquit.
Cont
Quic
Elec
Conn
Fece
Inter
Chri
Obse
Illic
A pu
Nec
Opp
Et si
Quæ
Innu
Aux
Accu
Qua
The
Con
 Hac iter instituit Solymæus Mysta, sequente
 Levitâ; verùm moribundum transit uterque,
 Nec consolatur: tandem concessit Olympus,
 Ut Samaritanus per eosdem vectus opacos
 Frondosi nemoris saltus conspexerit ægrum:
 Hic miserans descendit equo, solatur, et omnes
 Impendit curas, ut conservetur egenus:
 Abstergit tabum plagiis, oleoque medetur:
 Mentis ab excessu reducem, tremulumque caballo
 Imponit, dicit cautè, retinetque caducum.
 Cùmque viderentur læso decrescere vires,
 Portat in hospitium; reficit potuque ciboque;
 Discedensque rogat cauponem, vellet habere
 Languentis miseri curam; pretiuque laboris
 Prænumerat, spondens, si forte requireret ægi
 Condicio plures sumptus, se velle reversum
 Omnia languenti bona præstata solvere largè.
 His dictis, rogitat Christus: Quis proximus illi
 Inter latrones lapsi statuetur, amabò?

Re

Respondet sciolus: Puto, quem clementia movit
 Suppetias afferre viro. Verissima dicis,
 Hæc imitaturus vitam lucraberis, inquit.
 Hæc doctrina monet miseris succurrere, multis
 Larga manus Domini concessit multa: profecto
 His simul incumbit largiri multa; sed illis,
 Quos non respexit tanto fortuna favore,
 Pro modulo modicum: quod fors inimica negavit,
 Hoc supplet sincerus amor. Meminisse jubemur
 Istius viduæ, Solymis quæ bina minuta Luc.
21. 2.
 Intulit in gazam Domini; sed judice Christo
 Omnibus oblatis hæc munificentior illam,
 Ad quam suspiro, mercedem digna recepit.
 Continuò multi veniebant jussa rogatum,
 Quid sibi præ reliquis faciendum mandet, ut inter
 Electos Cœli cives, animasque beatas
 Connumerarentur. Juvenis, quem gratia Mundi Matt.
19.
 Fecerat eximum, fulvoque repleverat auro, Luc.
18.
 Intererat turbis responfa roganibus; illi
 Christus ait: Vitam si vis intrare perennem,
 Observare Dei semper mandata, memento.
 Ilicò respondet juvenili promptior ausu:
 A puero mandata Dei mea norma fuerunt,
 Nec contra legem me culpa redarguit. Ergò,
 Opposuit Christus, si te perfectio vitæ
 Et sublimis amor trahit altius, omnia vende,
 Quæ fortuna tibi concessit largiter; ecce
 Innumeros durâ sub paupertate gementes!
 Auxilium rogitant, extendunt brachia; donis
 Accumulare manus inopum, Cœlestia tutus
 Quærendi modus est; si feceris istud, habebis
 Thesaurum in Cœlis; & adesto, mèque sequaris.
 Consilium hoc Domini de venditione bonorum

Affi-

Affixit tacito pectus juvenile remorsu:
 Anteferebat enim peritura perennibus ; illa
 Immodicè , quæ sors casu largitur , amando.
 Hunc animi luctum sublimi mentis ab arce
 Despiciens Dominus , vultum removebat, in illa
 Acriter invectus , qui defcientia Mundi
 Præponunt Superis ; hos æquiparando cameli
 Sicut enim netricis acūs hæc bestia grandis
 Exiguum nunquam poterit transire foramen;
 Sic quoque divitiis & Mundi rebus onusti
 Non poterunt unquam Cœlorum Regna subire
 Excludit terrestris amor Cœlestia ; nullum
 E contrà , quem cura Deo Divisque placendi
 Exstimalat , terrena trahent. Pars maxima Mundi
 Prô dolor ! immodicis affectibus ebria vivit:
 Hincque graves magnosq; viros, famâq; verendi
 Contingit labi. Ratio lux una Sophorum ,
 Dum caret adjuncto fidei fulgore , nigrescit.
 Ergò meo Divina fides illabere cordi !

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ
 INDUCTIO DECIMA.

S. JOANNES CAP. 6.

Cùm sublevasset ergò oculos Jesus , & vidisset , quia multa
 titudo maxima venit ad eum , dixit ad Philippum : Un
 de ememus panes , ut manducent hi &c. Respondit ei Phi
 lippus : Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis , un
 unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei Andreas fra
 ter Simonis Petri : Est puer unus hic , qui habet quinque pa
 nes hordeaceos & duos pisces : sed hæc quid sunt inter nos ? Dixit ergò Jesus : Facite homines discubere &c. Di
 cubuerunt ergò viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo
 Jesus paues , & , cùm gratias egisset , distribuit discubentibus
 &c. Ut autem impleti sunt , dixit Discipulis suis : Collige
 te fragmenta &c. Et impleverunt duodecim cophinos de

SYNO-